

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio y  
cum uariis

Sanctorum mentes eternitatis premia prestolantes uires ex aduersitatibus sumunt quia crescente pugna gloriosiore sibi non ambigunt manere uictoriam. Electorum desideria dum premuntur, aduersitate proficiunt, sicut ignis flatu premitur ut crescat, et unde quasi extingui cernitur, inde roboratur.

Gregorius libro XXVI. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Tribulatio y] Tribulatio z P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; libro *om.* P V<sup>1</sup>; libro XXVI. moralium] ibidem V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>